



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

M. DC. LXI. Coloniae Munatianaee, 1661

De Privilegiis. Titvlvs VII.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62953](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62953)

Gregorius decimus in generali concilio Lugdunensi.

Usurarum voraginem (quæ animas devorat, & facultates exhaurit) compescere cupientes, constitutionem Lateranensis a concilio contra usurarios editam, sub divina maledictionis interminatione precipimus inviolabiliter observari. Et quia, quo minor feneratoribus aditit feneratorum comoditas, eo magis adimetur fœcus exercendi libertas, hac generali constitutione facimus, ut nec collegium, nec alia universitas, vel singularis persona cuiuscunque sit dignitatis, conditionis aut status, alienigenas & alios non oriundos de terris ipsorum, publicè fœnebrem pecuniam exercentes, aut exercere volentes, ad hoc domos in terris suis conducere, vel conductas habere, aut aliàs habitare permittant: sed huiusmodi usurarios manifestos omnes intra tres menses de terris suis expellant, nunquam aliquos & tales de cætero admittant: nemo illis ad fœcus excedendum domos locet, vel sub alio titulo quocunque concedat. Qui verò contra fecerint, si personæ fuerint ecclesiasticæ, Patriarchæ, Archiepiscopi, Episcopi, suspensionis: minores verò personæ singulares, excommunicationis: si autem collegium, seu alia universitas, interditi sententiam ipso factò senoverint incursum. Terræ ipsorum (quandiu in eis idem usurarii commorantur) extraneis ecclesiasticis subiacent interdito. Cæterum si laici fuerint, per suos ordinarios ab huiusmodi excessu (omni cessante privilegio) per censuram ecclesiasticam compellantur.

CAP. II.

Manifesti usurarii licet mandaverint usuras restitui, ecclesiasticæ sepultura negabuntur, nisi primum satisfacti, vel secundum formam huius decreti idoneè caventur. Sepulchra aut contra hanc constitutionem, Lateranensem, etc. paratos incurrant. Testamenta ipsorum aliter facta non valent, nec debet eis aliquis interesse, vel eos adhibere, vel ad constitutionem admittere. h. d. Inan. Anst.

Quamvis usurarii manifesti de usuris, quas receperant & satisfieri expressè quantitate vel indistinctè in ultima voluntate mandaverint: nihilominus tamen eis ecclesiastica sepultura denegatur, donec de usuris ipsis fuerit (prout patiuntur facultates eorum) plenariè satisfactum: vel illis quibus faciendâ est restitutio, si præsto sint ipsi, aut alii, qui eis possint acquirere, vel eis absentibus loci ordinario, aut ejus vicægerenti, sive rectori parœciæ, in qua rector habitat, coram aliquibus fide dignis de ipsa parœciâ (quibus quidem ordinario, vicario, & rectori prædicto modo, cautionem huiusmodi eorum nomine licet præsentis constitutionis auctoritate recipere: ita, quòd illis perinde actio acquiratur) aut servo publico de ipsius ordinarii mandato idoneè de restitutione faciendâ sit cautum. Cæterum si receptarum usurarum sit quantitas manifesta, illam semper in cautione prædictâ exprimi volumus: alioquin aliam recipientis cautionem huiusmodi arbitrio moderandam: ipse tamen sceler non minorem quam verisimiliter creditur, moderetur: & si secus fecerit, ad satisfactionem residui teneatur. Omnes autem religiosos & alios, qui manifestos usurarios, contra præsentis sanctionis formam ad ecclesiasticam ausi fuerint admittere sepulturam, pœnæ Lateranensis concilii, sub Alexand. III. c. 25. b. alii, alios, c. al. na: Item in eodem, d. Supple sum effectus, idè sit cautus, aliam Inan. Anst. Dornen, ad vocatus, ne in ipso casu simpliciter ferret articulum, quòd movit ad usuras, quia de monachibus tantum nisi probentur receptisse, textus non loquitur, factus nota, in simili, supra, tit. 21. cap. 1. & promissio de dando non conclusit dationem. s. q. r. d. est. Font.

ranentis concilii contra usurarios promissio præsentibus subiacere. Nullus manifestorum usurariorum oblationis interit, aut eos ad confessiones admittat, nisi ipsi solvat: nisi de usuris satisfecerint, vel de satisfactione idoneam cautionem. Testamenta quoque manifestorum usurariorum facta non valeant, sed sint irrita ipso iure.

DE EXCESSIVIS PRAELATORUM, & SUBDITORUM.

TITVLVS VI. CAP. I.

Mendicantes non possunt acquirere nova loca ad habitandum, vel antiqua alienare vel mutare, absque specialis licentia super de hac prohibitione faciat mentionem. In acquirenda terra pro eremitica vita ducenda, cessat prohibitio. h. d. Inan. Anst. Bonifacius octavus.

Ubi ex eo, quòd prædicatores, minores & ceteri, si alii mendicantes, in civitatibus, castribus, villis, aut aliis locis ad habitandum decem vel sex de novo suscipiunt, seu olim suscepta dimittunt, huiusmodi ad alia transferentes, diversa fœnalia quorundam provenerint, & frequentes clamores ad sedem Apostolicam, proferantur. Nos super hoc providere volentes, hoc perpetuo prohibemus edito, ne decem aliqui vel aliqui de prædictis, quibuscunque super hoc privilegio muniti existant (quæ ipsis contra tenorem conditionum præsentis nullatenus volumus suffragari) in aliqua civitate, castro, villa, seu loco quocunque ad habitandum domos, vel loca quæcunque de novo recipere, seu habitus recepta mutare, vel ea venditionis, permutationis, donationis aut cuiusvis alienationis titulo quocunque in alios transferre præsumant, absque sedis Apostolicæ licentia & speciali, plenam & expressam fierentis prohibitionis huiusmodi mentionem: si secus egerint, irritum decernentes. Per hoc tamen, qui vult licentiam suorum licentia (quin cellas, mansiones seu habitaciones in cremo, sive locis ubi non sit hominum habitatio de propinquo, possint acquirere ac mutare) non intelligimus interdictum.

DE PRIVILEGIIS.

TITVLVS VII. CAP. I.

Exempti vel privilegiati, ut non tenentur proff. subire iudicium, ratione delicti, contractus aut rei, si non sint in loco ubi non exempti, conveniuntur contractus, sed contractus delicti non.

Innocentius quartus in concilio generali Lugdunensi.

Volentes & libertatem (quam nonnulli Apostolica sedes privilegio exemptionis indubie integrè observari, ut & illam alii imitari fringant, & ipsi eius limites non excedant ex destinatione irretractabili definitum, quòd quorumcumque sit exempti gaudeant libertate, nihilominus ratione ratione delicti sive contractus, aut rei, de qua contra-

a al. satisfactio. b Hec duo verba, & subditi non debent antiqui codices, & in recentioribus magis connotari. c Per hoc excluditur hic legatus de Later. Fin. l. d. Vel. l. c. d. Per hoc de refer. c. 14. ubi hoc decretum innovatur. e Privilegiatus debet excedere mensuram privilegii. Super. ed. fin. & c. p. ubi dicitur: quod quantitas, & c.

Abbas agitur, nisi possunt coram locorum ordinariis conveniri, & ibi a, quoad hoc, suam in ipsos jurisdictionem (pro ut jus exigit) exercere. Nunquid ergo extant omnino in his commodis libertatis? non utique, quia nec coram ordinariis ipsis, dummodo sit in loco exempto communitatis delictum, vel contractus initus, aut res impia, nec ubi domicilium habent si alibi delinquant vel contrahant, aut res ipsa consistat, conveniri possunt aliquatenus super istis: nec domiciliorum pretextu locorum dioecesanum (si ubi deliquerunt, vel contraxerunt, aut res ipsa consistit, illi conveniantur) remittendi eos illic, vel ipsi ut illic respondeant, injungendi habeant aliquam potestatem: salvis nihilominus casibus aliis, in quibus eos Episcoporum jurisdictioni obediēte canonice precipiunt instituta. Et id ipsum de ceteris circa illos, quibus ut non nisi sub uno certo iure remaneat de se conquerentibus respondere Apostolice privilegio est concessum.

Capitulum IV.
Exempti in locis non exemptis oratoria vel capellas sine dioecesanorum licentia construere non possunt, nec in exemptis sine licentia Papa. Nec possunt exempti assuere causas proprias suorum liberorum hominum in se: etiam si illi sine sui consensu. Ioannes Andreas.

Idem.
 Vigentate sedis Apostolicæ de fratrum nostrorum consilio statuimus, quod oratoria vel capellas, in locis non exemptis sine dioecesanorum locorum ipsorum licentia exempti construere non praesumant: neque in sic constructis, nec tempore interdicti (salvis expressis in iure duntaxat exceptis) celebrent vel faciant celebrari divina. Quod si talia praesumpserint, ab his per locorum ipsorum ordinarios compellantur. Et si quis propter hoc exemptorum ipsorum conservatores in eos sententias protulerint, illas penitus revocamus. Inhibemus insuper, ne in locis etiam exemptis hoc ipsi exempti facere audeant, nisi super his licentiam vel privilegium habeant sedis Apostolicæ speciale. Causas quoque sive lites proprias suorum hominum liberorum, quæ videlicet tantum ad ipsos homines pertinent, iidem exempti suo nomine, sive ut actores, sive ut defensores, aliquatenus non assument. Etiam si sint ipsi dicti homines censuales: cum id nequaquam licitum sit eisdem.

Capitulum II.
Contra Romanam habet studium generale, & eius privilegia. b. d. Ioannes Andr.

Idem.
 Quoniam de diversis mundi partibus multi confluant ad sedem Apostolicam quasi matrem: nos ad communem ipsorum, quam aliorum omnium commodum & profectum non paterna sollicitudine intendentes (ut sit in omni huiusmodi fructuosa) providimus, quod ibidem de cetero regatur, & vigeat studium juris divini & humani, canonici videlicet & civilis. Unde volumus & statuimus, ut studentes in scholis ipsis penes sedem eandem habeant privilegia omnino, libertatibus & immunitatibus gaudeant, quibus gaudent studentes in scholis ubi generale regitur studium, ac recipiant integrè protectionem a suis ecclesiasticis sicut illi.

Capitulum III.
Quibus quomodo intelligatur privilegium quod habent quidam abbas de populo benedicens, & quibus possint Abbates conferre. Ioannes Andr.

Idem.
 Inferiores prelati, quibus per privilegium conceditur usum mitre, si sunt exempti in provincialibus & Episcopaliibus conciliis, uti possunt mitris auriferis, non habentibus lamina aut gemmas.

a In manuscriptis sic: Alex. III. b al. expressi. c Vid. Concil. Concil. Trident. sess. 24. de refer. c. 10.

Alexander IV. a

Abbas, quos Apostolica sedes in exhibitione benedictionis super populum speciali privilegio insignivit in ecclesiis, quæ ad eos pertinent pleno iure, quando in eis divina officia celebrant, possunt post missarum solemniam, & vesperas ac matutinas laudes, benedictionem solennem super populum largiri. Alibi autem publice aut per vias, civitates, castra & villas, populis, & plebibus benedictionem facere vel impartiri non valent. Nisi hoc eis expresso & Apostolice privilegio sit concessum. Nec eis e licitum sit aliis, quam monasteriorum suorum conventibus, & quæ ad illa convolverint, & in quos ecclesiasticam & quasi Episcopalem jurisdictionem obtinent, primam clericalem conferre tonsuram. Nisi eis id competat ex pleno praeferat sedis indulto.

Capitulum IV.

Exempti in locis non exemptis oratoria vel capellas sine dioecesanorum licentia construere non possunt, nec in exemptis sine licentia Papa. Nec possunt exempti assuere causas proprias suorum liberorum hominum in se: etiam si illi sine sui consensu. Ioannes Andreas.

Idem.

Vigentate sedis Apostolicæ de fratrum nostrorum consilio statuimus, quod oratoria vel capellas, in locis non exemptis sine dioecesanorum locorum ipsorum licentia exempti construere non praesumant: neque in sic constructis, nec tempore interdicti (salvis expressis in iure duntaxat exceptis) celebrent vel faciant celebrari divina. Quod si talia praesumpserint, ab his per locorum ipsorum ordinarios compellantur. Et si quis propter hoc exemptorum ipsorum conservatores in eos sententias protulerint, illas penitus revocamus. Inhibemus insuper, ne in locis etiam exemptis hoc ipsi exempti facere audeant, nisi super his licentiam vel privilegium habeant sedis Apostolicæ speciale. Causas quoque sive lites proprias suorum hominum liberorum, quæ videlicet tantum ad ipsos homines pertinent, iidem exempti suo nomine, sive ut actores, sive ut defensores, aliquatenus non assument. Etiam si sint ipsi dicti homines censuales: cum id nequaquam licitum sit eisdem.

Capitulum V.

Privilegium Papa, quod quis excommunicari, suspendi, vel interdici non possit, non extenditur ad sententias ordinariarum: nisi tale privilegium sit concessum Regibus, Regibus, vel ipsorum filijs, vel religiosi loco, vel ordini. b. d. Ioannes Andr.


Clemens IV.

Ne aliqui de indultis Apostolicis confidentes, alios confidentius in suo iure molestant, & ordinariarum jurisdictionem contemnunt pariter & eludant: Omnes indulgentias & privilegia, quibuscunque singularibus personis ecclesiasticis vel secularibus, quibuscunque sint præminentia, dignitatis, conditionis aut status, quod interdicti a quocunque, vel excommunicari non possunt, nec terræ vel ecclesiæ ipsorum, ecclesiastico interdicto supponi, sub quacunque forma verborum concessa, (illis per quæ Regibus & Reginis eorumque filiis, necnon & religiosi quibuscunque non personarum tantum, sed ordinum privilegiorum vel locorum ratione, in hoc immunitas huiusmodi conceditur, duntaxat exceptis) de fratrum nostrorum consilio ad ordinariarum sententias & processus edito perpetuo prohibemus extendi.

Capitulum VI.

Inferiores prelati, quibus per privilegium conceditur usum mitre, si sunt exempti in provincialibus & Episcopaliibus conciliis, uti possunt mitris auriferis, non habentibus lamina aut gemmas.

a In manuscriptis sic: Alex. III. b al. expressi. c Vid. Concil. Concil. Trident. sess. 24. de refer. c. 10.



Et si non sunt exempti, alibi & plures vicariis: alii locutur, ut in multis permittunt.

Idem.

VT Apostolica sedis benignitas (quæ nonnullis Abbatibus & aliisque prælatis, quibus non competit ex propria dignitate, concessit in ecclesiasticis statum gloriam & honorem, quod mitra & scalis Pontificalibus uti possint) provideat ne inde scandala oriantur, sic tamen, quod ipsi privilegiati suorum privilegiorum non frustrentur effectu, & ex majoritate ac decore majori ornatum, majoritas apparet dignitatem. Definitum nostrorum consilio præfati decreto statuimus, ut Abbates & alii, quibus mitra usus est ab eadem sede concessa, exempti quidem in provincialibus conciliis, & Episcopalis synodiis (quibus nonnulli eorum interesse tenentur) mitris tantummodo aurifrisiatis (non tamen aureas vel argentæas laminas, aut gemmas habentibus) uti possint: Non exempti verò simplicibus, & albis ac platiis utantur. In aliis verò locis exemptis, & non exemptis, mitris licet illis uti, prout concessa eis ab eadem sede indulta permittunt.

CAP. VII.

In prima parte demonstrat, quid iuris, cum quis solo privilegio & dicit exemptum. In secunda, ibi, si autem, quod iuris cum super hoc præscriptionem allegat. In tertia, ibi, quod si talem, quod iuris, eum allegat utrumq. Item. *And.*

Bonifacius octavus.

Cum e personæ ecclesiasticæ tam religiosæ, quam seculares plura presumunt, quæ ipsis infamiam pariunt, & aliis inferunt læsionem. prætextu exemptionis vel libertatis, quam afferunt se habere: ordinariorum correctiones & ordinationes subterfugientes, ac eorum forum sive iudicium declinantes: Nos volentes super hoc de salubri remedio providere, statuimus ut ii, qui se afferunt per privilegia seu indulgentias Apostolicæ sedis exemptos, a locorum ordinariis & requisiti, huiusmodi privilegia vel indulgentias (quibus se dicunt fore munitos) ipsis ordinariis in loco congruo & securo, aut aliquibus prudentibus viris omni suspitione carentibus, ad hoc per dictos ordinarios deputatis, intra terminum competentem, pro facti qualitate, ipsorum ordinariorum, vel delegatorum suorum arbitrio moderandum, iusto impedimento cessante ostendere, ac ad legendum integraliter, & exhibere: necnon de articulis, de quibus controversia fuerit, transcriptum tradere teneantur. Si autem ad fundandam intentionem suam super huiusmodi libertate solummodo præscriptionem canonicam duxerint opponendam: eisdem ordinariis vel delegatis ab eis viris prudentibus non suspectis, de præscriptione huiusmodi facere debent fidem. Quod si tales privilegio & præscriptione afferant se munitos: privilegiorum quidem ipsam exhibent, ut in primo huiusmodi constitutionis articulo superius est expressum. Et si privilegium exhibitum non ad plenum per se sufficit ad exemptionem seu libertatem huiusmodi comprobendam, sed tale est, quod saltem causam præbeat præscribendi: eorundem personis prædictis annorum æ. præscriptionem teneantur probare, præscriptionisque probatione pendente, licet ordinariis intentio de jure communi fundetur, tamen quia de privilegio (quod saltem causam, præscribendi præbet) faciunt fidem, in libertatis vel exemptionis possessione, non violenta, non clandestina, nec

^a Abbatibus dicuntur esse prælatis, vide Genuinum in cap. de offi. ord. lib. 6. ^b Vid. Barbat. in cap. volentes. extr. de offi. deleg. ^c Vid. Antonium Capycium de questione Neapolita 209. d. Duplert Dom. & Phil. seu alii, quorum iurisdictio fundata est jure communi, aut statuto privilegio, notorii: quia notorium facti, ad late Anchar. operatur de reo quod notorium juri. Font. c. Vide Mart. in rito. ff. de novi ope. num. & l. præter. ff. de eden. Font.

concessa precario, de qua fidem coram eis habere, non turbentur: si vero privilegium per se sufficit, quando solo privilegio se defendunt, vel saltem illi, quod præscriptionem allegant, non exhibent causam præbet, cum præscriptionem allegant, non exhibent causam præbet, cum de jure communi ordinariis munitio sit data) sua jurisdictione uti possint in eisdem locis, necne de præscriptione canonica (si præscriptum fuerit) plenam fidem.

CAP. VIII.

Interdictus est ingressus ecclesia regularis vel familiaris (quamvis exempta) qui scientes celebrare vel celebrari facere, vana in curatibus vel locis interditi: nisi fecerint permissum juri: vel qui excommunicati: vel interdicti: vel in sacris officia, sacramenta vel sepulchra admittant. nec dicitur. Item. Andreas.

Idem.

Episcoporum & aliorum prælatorum quorundam, quibus & querulis clamoribus curati, prætextu decreto duximus statuendam, ne aliqui sacrosanctæ sedis Apostolicæ privilegia communiti, quocumque ordinis, religionis, status vel conditionis essent, scientes celebrarent vel faciant celebrari divina in curatibus & ecclesiis, villis (nisi quatenus eis iure conceduntur) loca alia interditi, ab ordinariis sive delegatis parochorum vel à jure: aut excommunicatis publicè vel interdictis, à divina officia seu ecclesiastica sacramenta, vel ecclesiasticam sepulchram admittant: Qui vero contra præscriptum sint (præter alias penas à jure statuas) interdicti, nisi sibi noverint interdictionem: donec de transgressione huiusmodi ad arbitrium eius, cuius tenentur commiserint, satisfecerint competenter.

CAP. IX.

Terminum ponit quando evimatur ecclesia, quæ imponit. Quando ipse canonici. Tertio, quando clerici. Et hæc in articulo clarat in quolibet pariter affirmati & negati signa, dicitur Item. And.

Idem.

Per d exemptionem ecclesiæ totius, ipsa voluit & ipsius Monachi vel Canonici, clericorum & conversorum, perpetuoque oblati (non autem ecclesia quædam Presbyteri, qui præcepcionem curam habent, quosdam, que ad curam eandem pertinent, nec ipsi parochianos) intelliguntur exempti. Verum si canonici aliquos ecclesiæ eximantur, ipsi soli canonici non autem ecclesia vel alii eius clerici, sunt exempti. Si autem clerici vel alii eximantur, tunc tam canonici, quam illi clerici eximantur, non tamen ecclesia: nisi aliter exemptionis privilegio exprimitur.

CAP. X.

Formas privilegiorum pariter hæc debeat: quatenus quilibet exemptionem conferat, quodam nom. Item. And.

Idem.

Omnino in aliquo privilegio vel scriptura non habet principaliter super donatione e. vel concessione exemptionis seu libertatis, aliquam ecclesiam ad usum proprietatem Romanæ ecclesiæ pertinere, vel communi verba hæret: non propterea illius ecclesiæ exemptio est probata, nisi de libertate aliter doceatur. Si autem ecclesiæ vel monasterio exemptionis privilegium communito est probata, nisi de libertate aliter doceatur. Si autem ecclesiæ vel monasterio exemptionis privilegium communito est probata, nisi de libertate aliter doceatur.

^a Vid. Clement. ex frequentibus, de sentent. excommunic. & interdict. extr. de excep. d. Gratian. appellacione quod dicitur. vide per Felinum in ca. Rudolphus extr. de rito. ep. c. alii tempore. d. Præter illud de h. quæ dicitur extr. de dat. datam.

exemplum fore exemptam: aut eam juris beati Petri ex-
 hibere: si vero jus & proprietatem Romanæ ecclesiæ, vel
 ad Romanam ecclesiam specialiter, aut sine medio, vel
 aliam familiam spectare pertinet: per hoc plenè debet exem-
 ptio hujusmodi ecclesiæ judicari. Cum enim jure com-
 munes ecclesiæ per orbem diffuse, ad Romanam
 ecclesiam pertineant, si ad alium concedatur ecclesiæ, vel
 de ea per sententiam judicetur, ex hoc ipsius comproba-
 tur exemptio: ut privilegium nihil aliis alatur concessio
 ei, cui conceditur, & sententia nullum aliter datam sub-
 sistit ecclesiæ (pro qua fertur) prerogativam (cum
 verba aliquid operari debeant) conferat gratiæ specialis:
 de eâ idem, si privilegium contineat, vel ipse Papa per
 modum exprimat supradictum, quod ecclesiæ sit libe-
 ritatis: seu quod potius Romanæ ecclesiæ libertate: vel
 quod in hoc prerogativa gaudeat speciali: aut si dicat
 libertatis, quod ecclesiæ Romanæ annuum censum
 solvat: ad perceptum indicium libertatis: siue quod ipsam
 censum eximit ab ordinarij a potestate: vel quod
 nonnullis Episcopis cathedram collocare, aut im-
 ponere (sive ordinationem quamvis levissimam faciendi)
 concedat aliquam potestatem. Similiter si aliqui recu-
 pantur proprios & speciales subditos, censentur ex-
 empti. Non sic si in proprios & speciales filios Roma-
 næ ecclesiæ sint suscepti: tales quippe exempti propterea
 non erunt. Si vero dicatur simpliciter, quod aliqua
 ecclesiæ Romanæ ecclesiæ annuum censum solvat: non
 propter hoc exempta ecclesiæ dici debet. Idem dicimus
 de ceteris aliis: per privilegium concedatur libertas, &
 censum de censu annuo persolvendo sequatur: ut si ali-
 quis quod ab alio, quam à Papa seu ejus legato ex-
 communicari, suspendi aut interdicti non possint, vel ali-
 quod aliud specialiter à sede Apostolica sit indultum:
 id eum dicitur, quod in speciales Romanæ ecclesiæ si-
 milia adimpleti, & sequatur in privilegio, quod eccle-
 siæ libertatis ad indicium & libertatis perceptum annuum
 censum solvat. His enim & consimilibus casibus sic e-
 lectum privilegium articulis, ordinariorum jurisdictioni
 nonnullis talia sunt subiecti. Licet autem sic diversos
 privilegiorum, quibus ecclesiæ ac monasteria eximuntur,
 nonnullis ad illam materiam imputandam duxerimus de-
 signandos: per hoc tamen alii exemptiorum (si reperi-
 untur) secularium libertatum modis vel eorum effecti-
 bus nonnullis aliquatenus derogari.

CAP. XI.

Transgrediuntur ut tempore interdicti possint celebrare divina clau-
 ditur, alio etiam extraneo admittit non possunt. Et si su-
 per privilegia per sua super hoc privilegia, familiares suos admittit:
 non familiares conveniunt taliter privilegiati. Hoc privilegium non
 dicitur, cuius culpa potius interdictum, h. d. Dominicus.
 Idem.
 Ibi & vobis concessum existit, ut interdicti tem-
 pore penitus clausi, excommunicatis & interdictis
 ecclesiæ, voce submissa divina celebrare possint: ad ea
 tamen non erant si aliunde venerint (nisi super hoc
 privilegium existens) recipere nulla ratione debent.
 Quia conceditur singulari personæ, ut modo præmisso
 tempore interdicti celebrare valeat, vel audire divina:
 non familiariter domo ecclesiæ ad audiendum cum ea, & ce-
 teris de omnem in familiaribus alicujus conventus, seu
 collegii est censendum: illi enim nisi privilegiati suc-
 cessu admitti non debent, & hujusmodi quoque conce-
 dere potest in cuius causa seu culpa, dolo

vel fraude, sicut a sententia interdicti prolata, seu qui
 ad perpetrandum delictum, cuius occasione lata existit,
 præbuit consilium, auxilium, vel favorem.

CAP. XII.

Episcopi cum aliarum vicibus celebrare possint, & sibi facere cele-
 brari: ita tamen, quod non violens interdictum, hoc dicit, Ioh.
 And.

Idem.

Quoniam Episcopi & eorumque superiores se habeat
 diversis ex causis à suis ecclesiis & diocesis absten-
 tare frequenter, nec semper possunt commode ad eccle-
 sias accedere pro missa celebranda vel audienda in ipsis,
 sine qua eorum transe non decet absque causa rationabili
 ullam e diem: præfenti constitutione indulgemus eis-
 dem, ut altare possint habere viaticum, & in eo celebra-
 re, ac facere celebrari ubicunque absque interdicti tran-
 gressione illis permittitur celebrare vel audire divina.

DE INIURIIS, ET DAMNO
 DATO.
 TITVLVS VIII.
 CAP. VNIC.

Reprehensio contra personas ecclesiasticas concedi, vel concessa
 extendi non debent, contra facientes (nisi reuocet intra mensem)
 singulares sive excommunicati, universitates interdicta, Ioh.
 And.

Gregorius X. in concilio generali Lugdunensi.

Et si pignorationes, quas vulgaris elocutio d
 repræfalias nominat, in quibus alius pro alio præ-
 gravatur, tanquam graves legibus, & æquitati na-
 turali contrariæ, civili sunt constitutione prohibita. Ve-
 tamen earum prohibitio in personis ecclesiasticis tantò
 amplius timeatur, quanto in illis specialius inhihentur,
 eas concedi contra personas prædictas, seu bona ipsor-
 um, & aut quantumcunque generatim prætextu cuius-
 vis consuetudinis (quam potius reputamus abusum fore)
 concessas, ad illas extendi præfenti decreto distri-
 ctius inhihentur. Illi autem, qui contra fecerint, aduer-
 sus personas easdem pignorationes, seu repræfalias con-
 cedendo, vel extendendo ad eas (nisi præsumptionis vel
 extensionis tempore intra mensem) si personæ singulares
 fuerint, sententiam excommunicationis incurram: si vero
 universitates, ecclesiasticæ subiaceat interdicto.

DE POENIS.
 TITVLVS IX.
 CAP. I.

De veteri iure poterit Archiepiscopus, cum in provincia sua
 jurisdictionem suam exequitur, punire notorios injuriantes, sibi,
 monachis, & familia sua, si per se sua jurisdictione impeditur: alios
 non, nisi consuetudo amplius tribuat: sed hodie tales injuriam suam
 puniunt, etiam si jurisdictionem non impediunt, h. d.

Innocentius IV.

Romana ecclesia: & infra. Licet autem Remen.
 Archiepiscopo suam Provinciam visitanti, eos, qui sunt sibi, vel suæ familiae, aut aliis, quos
 propter hoc per eandem provinciam dirigit, & etiam

a. Al. fuerit. b. Et an appellatione Episcopi veniat ele-
 ctus, vide Felin. in cap. eam se de rescriptis, vers. tertio restringitur.
 c. al. ata. nulla die. d. Vide Librorum, s. quod tamen Cassus.
 ff. de leg. a. Bart. in l. Labos. ff. de sup. le. e. al. ipsarum. f. Vid.
 Alex. consil. l. i. incip. circa primum dubium, unde intelligitur quod
 de quo possit esse iudex in propria causa.